28

STVDIORVM

PVERILIVM CLAVIS,

miro quodam compendio ac facilitate, *Latinæ linguæ ac Poeticæ* Rudimenta complectens.

AVTOR DE SE.

Insudo pueris, sector. puerilia. Quibus
Ornat quisq; suam Spartam. Fabrilia fabri.

EDINBVRGI

EXCVDEBAT ROBERTVS

Walde-graue Typographus Regius.

ANNO 1597.

Cum privilegio Regio.

1597

SVMMA ET ORDO.

Puerilium ſtudiorum tres ſunt partes.

1. Tradit Elementa Etymologiæ.

2. Elementa Syntaxeos.

3. Elementa Poëticæ.

AD NOBILEM, ET SVMMÆ spei puerum ANDREAM, PATRICIO, *Domino de* Gray, *Baroni de* Foullis *&c.* Præfecto, & vicecomiti *Angusiæ*, nepotem: *Patricio* verò filio, & hæredi, Scot. Reg. consiliario, filium primogenitum, *Discipulum suum charissimum, Præfatio.*

OMnibus nobis, dum hic vivimus, & a Patre patriaq; nostra peregre abiumus, (Nobilissime Puer) militia gravi ac perquam difficili est perfungendum. Numerosis immanissimorum hostium phalangibus vndiq; impetimur. Neve de corporis hostibus me loqui putes, animæ, animiq; hostes longe magis pertimescendos censeo. Nemo etenim est, in quocunq; vita instituto agat (alius magis, alius minus fortasse) Nemo attamen est, quin huiusmodi hostium impressionem sentiat. Omitto alios.

De Scholasticis ac spiritualis militiæ candidatis mihi sermo est: quibus cum errore ac ignorationis malo, domestico illo ac determimo hoste; luctet est deluctandum: Hostis quidem vt est omnium inertissimus: Sic vetustissimus est, & cum natura nostra coniunctissimus. Hic igitur, hic, inquam, est hostis ille, qui tot vigilias, tot curas, ac molestias nobis creat. Hic est, ad quem e mentis finibus exterminandum, & prosligandum, & docentium & discentium laborat industria. Sed heu labes! O luctuosa sors, istos quibus hic militamus infensissimos infestissimosque plerunque experimur: hosti namque suo vsque adeo sunt propitii, vt nobis, qui pellere volumus, manibus pedibusque obnitantur sæpe & extreme oderint. Dicam planius.

Iuventus est, cui militant Præceptores, ab errore ac insciția pessimo hoste vendicare volunt, nolunt illi: vsque adeo ei favent, vt in ea & cum ea (mirum) placeat consenescere: in nos vero qui hosti eripere & primæva libertati restituere volumus, iram hosti debitam distringant: vt

segnius in acie versari, imo cum hoste paciſci, & quamvis iniquis conditionibus inducias quasi admittere sæpenumero cogamur.

Atque hinc profecta est (haud dubie) elementaria huius disciplinæ, quæ præ manibus est, ergo Quid enim sunt Rudimenta, si expendamus prestius, nisi induciæ quasi quædam cum ignoratione ac barbarie, tenera ingenia longe lateque occupante, ac misere depascente: renuentia tamen vendicari (dico quod vsu didici) donec rerum vsu valida, facta, ac vegeta, ampliore q; luce accensa ad miseriam suam pernoscendam: vna nobiscum ad hostis eluminat onem conspirent.

Fructuosa igitur & prorsus necessaria est semiplena hæc ac rudis disciplina. Non omnia sunt teneris proponenda. Quid? Num ab ipso vestibulo in penitissima Grammaticæ artis adyta penetrabes. Mea sententia est, vt agatur cum iis, sicut solent cum tyronibus boni imperatores. Multa dissimulant: blanda ac facilia initio ostentant: Difficilia omnia ac aspera omni studio occultant. Ab extremo continuo ad extremum, a ruditate ad summum illud culmen confestim provolare, puto non vacare periculo. Blande ac sensim malim: nec cum ignoratione ad tempus renuerem paciſci. Hac ergo cogitatione plenus initiis hisce admovi manum. Teneros tenere, atq; rudes rudimentis molliter erudire volui: dedi q; operam vt quemadmodum dicuntur rudimenta, sic Rudimenta forent: hoc est, rudi ac crasso filo, facili q; forma ac phrasi contexta. Proposui mihi prodesse teneris, præterea nihil (teste Deo.) Quid aliud? Num vt eruditionem in hisce ostentarem? Si sic; non eruditionem sed vanitatem, non absq; agnorum Christi detrimento, proderem.

Te vero, generose puer, scriptione ista salutare placuit, eo consilio, vt puerilia ista initia pueri tam eximii ac nobilis nomen præferentia, pueris reliquis meæ fidei commissis, tuis condiscipulis gratiora, commendatioraque redderentur.

Deus te tueatur, (clare chareque puer) tuisque studiis faveat, omni denique benedictionum genere te cumulet, per Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

Deidono: Idibus Aprilis.

1597.

Tuus in Christo.

A. D.

PVERILIVM STVDIORVM clavis pars prima, elementa Etymologiæ complectens.

DE LITERIS. CAP. 1.

ITERÆ Latinis in vſu ſunt, A,b,c,d,e, f,g,h,i, k,l,m,n,o,p,q,r,ſ,t,u,x,y,z.

Ex his aliæ ſunt Vocales, aliæ Conſonantes. Vocales ſunt, a,e,i,o,u,y.

Ex Vocalibus fiunt Dipthongi, æ,œ,au, eu, ei. Conſonantes ſunt. b,c,d,f,g,j,k, l,m,n,p,q,r,s,t,v,x,z. Hæc de literis.

Ex literis fiunt ſyllabæ, ex ſyllabis dictiones.

De Dictionibus. CAP. 2.

Dictionum genera ſeu partes Orationis ſunt octo: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Prepoſitio, Interjectio, & Conjunctio. Ex his quatuor variantur: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Totidem non variantur: Adverbjum, Præpoſitio, Interjectio, & Conjunctio.

Ex ijs quæ variantur treis declinantur: Nomen, Pronomen & Participium: Vna conjugatur; nimirum Verbum.

De Nomine eiuſq; Declinatione. CAP. 3

Nomen eſt rei appellatio declinata ſine temporibus: vt Homo, domus.

Nomen eſt duplex Subſtantivum & adjectivum : Subſtantivum, vt Equus, Bos: Adjectivũ, vt albus, bonus, fœlix.

Subſtantivum dignoſcitur quod Scoticè exponitur per *a*, *ane* or *the*, vt homo, *a man*, ovum *ane egge*, manus, *the hand*.

Adjectivum dignoſcitur, quod ei addi poteſt res: vt alba res, bona res.

Nomen declinatur & comparatur.

Declinatur per Genera, Numeros, & Caſus.

Genera ſunt quinque. Maſculinum, Fœmininum, Neutrum, Commune, Omne.

Maſculinum cujus Nota eſt hic : vt hiç Poeta.

Fœmininum, cujus Nota eſt hæc : vt hæc Penna.

Neutrum, cujus Nota eſt hoc, vt hoc Templum.

Commune, cujus Nota eſt hic & hæc : vt hic & hæc Parens.

Omne, cujus Nota eſt hic hæc & hoç : ut hic hæc & hoc Fœlix.

Nominum declinationes ſunt quinque: Prima, Secunda, Tertia, Quarta & Quinta.

Prima eſt cujus Genit. ſing. deſinit in æ dipthong. vt penna, pennæ. Secunda cujus Geniti. deſinit in j. & Dati: in o. vt Dominus, Domini, Domino. Tertia cujus Genit. deſinit in is: vt Pater, patris. Quarta cujus Genit. deſinit in us, vt Manus, manus. Quinta cujus Genit. deſinit in ei, vt res, rei.

In ſingulis Declinationibus ſunt Numeri : Numeri autem ſunt duo: Singularis & Pluralis. Singularis, vt Homo, *a Man*. Pluralis, vt Homines, *Men*.

In vtroque numero ſunt ſex caſus: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus & Ablativus.

Nomina-

Nominativus, vt Liber, *ane Buik*. Genitivus Libri, *of ane Buik*. Dativus Libro, *to ane Buik*. Accusativus Librum, *ane Buik*. Vocativus ô Liber, *O Buik*. Ablativus Libro, *with ane Buik*, or *be ane Buik*.

De Prima Declinatione.

PRima Declinatio est cujus Genitivus desinit in æ dipthongon, & Dativus similiter: vt charta, chartæ.

Nominativus habet quatuor terminationes: A, as, e, es: A, vt Bucca: as, ut Æneas: e, vt Calliope: es, vt Anchises.

Genitivus & Dativus æ dipthong. Accusativus, am. Vocativus est similis Nominativo. Ablativus, a.

Nominativus Pluralis, æ. Genitivus, arum. Dativus, is. Accusativus, as. Vocativus est similis Nominativo. Ablativus is. vt

Hæc penna Genitivo, pennæ. Dativo, pennæ. Accusativo, pennam. Vocativo, penna. Ablativo, penna. Nominativus Plurali, pennæ. Genitivo, pennarum. Dativo, pennis. Accusativo, pennas. Vocativo, pennæ. Ablativo, pennis.

Sic Arena, rosa, cœpa, genista, vacca, crumena.

Genitivus æ dipthongon: At nomen in e, habet es, in Genitivo: vt Pentecoste, Pentecostes. Accusativus in am. Vocativus in a, Ablativus in a. At es, & e, habent in Accusativo en, in Vocativo, & Ablativo e.

De Secunda Declinatione.

SEcunda Declinatio est cujus Genitivus exit in *i*, & Dativus in *o*, vt Dominus, domini, domino.

Nominativus singularis habet sex terminationes, *er*, *ir*, *ur*, *eus*, *us*, *um*: *er*, vt gener; *ir*, vt vir; *ur*, vt satur; *eus*, vt Tydeus: *us*, ut ventus, *um*, vt Templum.

. Genitivus in i, Dativus in o, Accusativus in um, Vocativus est similis Nominativo. Ablativus in o.

Plural. Nominativus, i. Genitivus, orum. Dativus, is. Accusativus, os. Vocativus est similis Nominativo. Ablativus is, vt vir.

Singul. Nominat. hic vir, Genit. viri. Dat. viro. Accusat. virum. Vocat. vir. Ablat. viro.

Plural. Nominat. viri. Genit. virorum. Dat. viris. Accusat. viros. Vocat. viri. Ablat. viris.

Sic Leuir, equus, baculus, fumus, lumbus, cadus, lacertus, crocus.

Vocat. est similis Nominatiuo: at us Nominativi, vertitur in e: vt ventus, vente, Deus tamen, ô Deus: Filius, ô fili. in Vocativo.

Sing. Nominat. hoc Templum. Genit. templi. Dat. templo. Accusat. templum. Vocat. templum. Ablat. templo.

Plural. Nominat. templa. Genit. templorum. Dat. templis. Accusat. templa. Vocat. templa. Ablat. templis.

Nam Regula est: Nomina Neutri generis habent tres casus similes, Nominativum, Accusativum, & Vocativum: qui in Plurali exeunt in a.

Sic declina buccinum, butyrum, marsupium, fumarium, vexillum, seyum, stannum.

Per primam & secundam declinationem plurima adjectiva flectuntur.

Singul. Nominat. Satur, satura, saturum. Genit. saturi, ræ, ri. Dat. saturo, ræ, ro. Accusat. saturum, ram, rum. Vocat. satur, ra, rum, Ablat. saturo, ra, ro.

Plural. Nominat. Saturi, ræ, ra. Genit. saturorum, arum, orum. Dat. saturis. Accusat. saturos, ras, ra. Vocat. saturi, ræ, ra, Ablat. saturis.

Sic

Sic Bonus,bona,bonum. Genit. boni,bonæ,boni. Dat. bono,bonæ,bono. Accusat. bonum,bonam,bonum. Vocat. bone,bona,bonum. Ablat. bono,bona, bono.

Plural. Nominat. boni, bonæ, bona. Genit. bonorum, bonarum,bonorum. Dat. bonis. Accusat.bonos,bonas, bona. Vocat. boni,bonæ, bona. Ablat. bonis.

Sic pravus,perversus,beatus,torvus,distortus,rectus, magnus,parvus.

De Tertia Declinatione.

TErtia declinatio est cujus Genitivus singularis, exit in is, & Dativus in i: vt Pater, patris,patri.

Nominativus habet vndecim literas terminales, a, e, o, c,d,l,n,r,s,t,x. a, vt aroma: e, vt cubile: o, ordo: c, halec: d, David: l, sal: n, pecten: r, coclear: s, civitas: t, caput: x, vertex.

Genitivus, is. Dativus, i. Accusativus, em. Vocativus est similis Nominativo. Ablativus, e.

Plural. Nominativus, es. Genitivus, um, vel ium. Dativus, ibus. Accusativus, es. Vocativus est similis Nominativo. Ablativus, ibus. Exempli gratia.

Singul. Nominat. Pater. Genit. Patris. Dat. Patri. Accusat. Patrem. Vocat. pater. Ablat. patre.

Plural. Nominat. Patres. Genit.patrum. Dat. patribus. Accusat. patres. Vocat. patres. Ablat. patribus.

Singul. Nominat. Hoc aroma. Genit. aromatis. Dat. aromati. Accusat. aroma. Vocat. aroma. Ablat. aromate.

Plural. Nominat. Aromata. Genit. aromatum. Dat.aromatibus. Accusat. aromata. Vocat. aromata. Ablat. aromatibus.

Adjectiva sic. Nominat. hic,& hæc,& hoc, fœlix. Genit. fœlicis. Dat. fœlici. Accusat fœlicem & fœlix. Vocat. fœlix.

Ablat. fœlice, vel fœlici.

Plural. Nominat. fœlices & fœlicia. Genit. fœlicium. Dat. fœlicibus. Accuſat. fœlices & fœlicia. Vocat. fœlices, & fœlicia. Ablat. fœlicibus.

Sic audax, vorax, clemens, demens.

Singul. Nominat. hic, & hæc fortis, & hoc forte. Genit. fortis. Dat. forti. Accuſat. fortem & forte. Vocat. fortis & forte. Ablat. forti.

Plural. Nominat. fortes, & fortia. Genit. fortium. Dat. fortibus. Accuſat. fortes, & fortia. Vocat. fortes, & fortia. Abiat. fortibus. Sic illuſtris, dulcis, ſuavis, exleſtis.

De Quarta Declinatione.

QVARTA Declinatio eſt cujus Genitivus Singularis terminatur in *us*, & Dativus in *ui*: vt hæc manus, manus, manui.

Nominativus duas habet terminationes, *us* & *u*, *us*: vt manus, *u*, vt cornu. Genitivus, *us*. Dativus, *ui*. Accuſativus *um*. Vocativus eſt ſimilis Nominativo. Ablativus, *u*.

Plural. Nominat. *us*. Genitivus, *uum*. Dativus, *ibus*. Accuſativus, *us*. Vocativus eſt ſimilis Nominativo. Ablativus, *ibus*.

Singul. Nominat. hæc Manus. Genit. manus. Dat. manui. Accuſat. manum. Vocat. manus. Ablat. manu.

Plural. Nominat. manus. Genit. manuum. Dat. manibus. Accuſat. manus. Vocat. manus Ablat. manibus.

Porro Nomen in *u*, eſt indeclinabile in Singulari.

Singular. Nominat. hoc Cornu. Genit. Cornu. Dat. Cornu. Accuſat. Cornu. Vocat. Cornu. Ablat. Cornu.

Plural. Nominat. Cornua. Genit. Cornuum. Dat. Cornibus. Accuſat. Cornua. Vocat. Cornua. Ablat. Cornibus.

Sic genu, veru.

De

De Quinta Declinatione.

QVinta Declinatio est, cujus Genitivus Singularis exit in *ei*, & Dativus similiter. vt res, rei, rei.

Singular. Nominativus habet vnicam terminationem: nempe *es*, Genitivus *ei*. Dativus *ei*. Accusativus *em*. Vocativus *es*. Ablativus *e*.

Plural. Nominativus *es*. Genitivus *erum*. Dativus *ebus*. Accusativus *es*. Vocativus *es*. Ablativus *ebus*.

Singular. Nominat. hic dies. Genit. diei. Dat. diei. Accusat. dies. Vocat. dies. Ablat. die.

Plural. Nominat. dies. Genit. dierum. Dat. diebus. Accusat. dies. Vocat. dies. Ablat. diebus.

Sic Meridies, species, facies, res, fides, glacies.

De Nominum Comparatione. CAP. 4.

DEclinatur Nomen vt dictum est. Comparatur etiam.

Gradus per quos comparatur sunt tres. Positivus, Comparativus, & Superlativus.

Positivus, vt candidus. Comparativus, vt candidior.

Superlativus, vt candidissimus.

Comparativus & Superlativus formantur à Positivo, scilicet, à primo ejus casu in *i*, addito *or*, pro Comparativo, & *ſ*, & *simus*, pro Superlativo: vt candidus, candidi, adde *or*, fit candidior: adde *ſ* & *simus*, fit candidissimus. Sic fortis, fortis, forti, fortior, fortissimus.

At si Positivus sit in *er*, Superlativus fit à Nominativo, addito *rimus*: vt niger, nigerrimus: pauper, pauperrimus.

Comparativus exponitur per positivum & magis.

Superlativus, per maxime: vt candidior, id est, magis candidus: candidissimus, i. maxime candidus.

Comparativus declinatur per or, pro communi genere:

& us, pro neutro: vt hic & hæc fortior, & hoc fortius: Genitivo, fortioris, &c.

At Superlativus per us, a, um: ut, fortissimus, fortissima, fortissimum. Genitivo fortissimi, æ, i.

De Pronomine. Cap. 5.

PRonomen est dictio declinata, inventa vt pro nomine ponatur.

Pronomina sunt quindecim: ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras.

Carent ferè omnia Vocativis, præterquam tu, meus, noster & nostras.

Pronominum declinationes sunt quatuor: prima, secunda, tertia, quarta.

Prima, cujus Genitivus desinit in i: vt, ego, mei.

Primæ declinationis, tria sunt Pronomina: ego, tu, sui.

Nominat. ego. Genit. mei. Dat. mihi. Accusat. me. Vocativus deest. Ablat. me.

Plural. Nominat. nos. Genit. nostrum, vel nostri. Dat. nobis. Accusat. nos. Vocat. nos. Ablat. nobis.

Singul. Nominat. tu. Genit. tui. Dat. tibi. Accusat. te. Vocat. tu. Ablat. te.

Plural. Nominat vos. Genit vestrum, vel vestri. Dat. vobis. Accusat. vos. Vocat. vos. Ablat. vobis.

Singul. Nominat. deest. Genit. sui. Dat. sibi. Accusat. se. Vocat. deest. Ablat. se.

Plural. Nominativus deest. Genit. sui. Dat. sibi. Accusat. se. Vocat. deest. Ablat. se.

Secunda Declinatio est, cujus Genitivus exit in *ius*, vel *jus*: vt ille, illius: hic, hujus.

Singul. Nominat. ille, illa, illud. Genit. illius. Dat. illi: Accu-

Accuſat. illum,illam,illud. Vocat.deeſt. Ablat. illo,illa,illo.

Plural. Nominat. illi,illæ,illa. Genit. illorum,illarum,illorum. Dat. illis. Accuſat. illos,illas,illa. Vocativus deeſt. Ablat. illis.

Sic Iſte, & ipſe, niſi quod ipſe habeat ipſum non ipſud in Neutro genere.

Singul. Nominat. hic, hæc, hoc. Genit. hujus Dat. huic. Accuſat. hunc, hanc, hoc. Vocativus deeſt. Ablat. hoc, hac, hoc.

Plural. Nominat hi,hæ,hæc. Genit. horum,harum,horum. Dat. his. Accuſat. hos, has, hæc. Vocativus deeſt. Ablat. his.

Singul. Nominat. is, ea, id. Genit. ejus. Dat. ei. Accuſat. eum,eam,id. Vocativus deeſt. Ablat. eo,ea,eo.

Plural. Nominat ii, eæ,ea. Genit. eorum,earum,eorum. Dat. eis,vel iis. Accuſat. eos, eas,ea. Vocativus deeſt. Ablat. eis, vel iis. Ex *ss* fit idem.

Singul. Nominat. idem,eadem,idem. Genit. ejuſdem. Dat. eidem. Accuſat. eundem,eandem,idem. Vocativus deeſt. Ablat. eodem, eadem,eodem.

Plural. Nominat. ijdem,eædem,eadem. Gen eorundem earundem,eorundem. Dat. eiſdem,vel iiſdem. Accuſat. eoſdem,eaſdē,eadem. Vocativus deeſt. Ablat eiſdem,vel iiſdē.

Hæc nomina Adjectiva, vnus, vter, neuter, ſolus, quis, vltus, alter, alius: flectuntur per ſecundam Declinationem Pronominum.

Singul. Nominativo, vnus,vna,vnum. Genit. vnius Dat. vni. Accuſat. vnum, vnam, vnum. Vocativus deeſt. Ablat. vno, vna,vno.

Plural. Nominat. vni,vnæ vna. Genit.vnorum, vnarum, vnorum. Dat. vnis. Accuſat. vnos,vnas,vna. Vocat. deeſt. Ablat. vnis.

Sic

Sic, vter, vtra, vtrum. Genit. vtrius. Dat. vtri. &c.

Quis ſic. Singular. Nominat. Quis, vel qui, quæ, vel qua, quod vel quid. Genit. cujus. Dat. cui. Accuſat. quem, quam, quod, vel quid. Vocat. deeſt. Ablat. quo, qua, quo.

Plural. Nom. qui, quæ, quæ, vel qua. Genit. quorum, quarum, quorum. Dat. quibus. Accuſat. quos, quas, quæ, vel qua. Vocativus deeſt. Ablat. quibus.

Tertia Declinatio eſt, cujus Genitivus deſinit in *i, a, i:* vt meus, mea, meum. Genit. mei, meæ, mei.

Per hanc declinationem flectuntur quinque Pronomina, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.

Nominat. meus, mea, meum. Genit. mei, meæ, mei. Dat. meo, meæ, meo. Accuſat. meum, meam, meum, &c. vt bonus, bona, bonum.

Quarta Declinatio eſt, cujus Genitivus exit in *atis*, Suntque duo hujuſmodi: noſtras, & veſtras.

Nominat. hic, & hæc, & hoc noſtras. Genit. noſtratis. Dat. noſtrati. Accuſat, &c. vt fœlix per tertiam nominum declinationem.

Perſonæ Pronominum ſunt tres: prima, ſecunda, tertia.

Prima, quæ loquitur: vt ego. Secunda, cui loquimur: vt tu. Tertia, de qua loquimur: vt ille, ipſe, iſte, hic, is.

Ego enim eſt Primæ Perſonæ.

Tu ſecundæ: Tertiæ verò perſonæ, ſunt reliqua Pronomina: Item Nomina & Participia.

Excipe Vocativos, qui omnes ſunt ſecundæ perſonæ.

Petrus enim eſt Tertiæ perſonæ: At Petre, in Vocativo eſt Secundæ.

DE VERBO. Cap. 6.

VErbum eſt dictio conjugata: vt Amo, amas, amat.

Eſtque duplex: Perſonale, & Imperſonale.

Verbum

Verbum Perſonale eſt, quod habet tres Perſonas: vt Amo, amas, amat,

Imperſonale, quod tertiam tantum Perſonam habet: vt Oportet, oportebat, oportuit: ſtatur, ſtabatur. &c.

Verbum Impersonale eſt duplex: Impersonale Activæ vocis, & Impersonale Paſſivæ vocis.

Impersonale Activæ vocis, quod definit in *t*: vt oportet, *It behuiſis*: pœnitet, *It forethinkis*: miſeret, *It pities*.

Impersonale Paſſivæ vocis, quod definit in *tur*: vt ſtatur, *It is ſtandand*: curritur, *It is run*.

Verbum conjugatur: hoc eſt, per Modos, Numeros & Tempora variantur.

Conjugationes Verborum ſunt quatuor: prima, ſecunda, tertia, quarta.

Prima, quæ habet *a*, ante *re*, vel *ri*: in Infinitivo: vt amo, amare: amor, amari.

Secunda, quæ habet *e* longum, ante *re* vel *ri*, in Infinitivo: vt doceo, docere: doceor, doceri.

Tertia, quæ habet *e* breve, ante *re*, in Infinitivo: vel ante *ris*, in Indicativo: vt lego, legere: legor, legeris,

Quarta quæ habet *i* longum ante *re* vel *ri* in Infinitivo: vt audio, audire: audior, audiri.

In ſingulis Conjugationibus, ſunt Modi: Modi autem ſunt ſex: Indicativus, Imperativus, Optativus, Subjunctivus, Potentialis, & Infinitivus.

Indicativus, vt Diſco, *I learne*.

Imperativus, vt diſce, *Learе thou*.

Optativus, vt vtinam diſcerem: *wald God I learned*.

Subjunctivus, vt ſi didiceris, dabo tibi librum.

Potentialis, vt diſceres, ſi ſaperes.

Infinitivus, vt diſcere, *To learne*.

Porro

Porro Optativus, Subjunctivus, & Potentialis, voce prorsus conveniunt.

In singulis Modis sunt Tempora: Tempora autem sunt quinq; : Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquamperfectum, & Futurum.

Præsens, vt Amo, *I luise.*

Imperfectum, vt amabam, *I was luisand.*

Perfectum, vt amavi, *I haue luisit.*

Plusquamperfectum: vt amaveram, *I had luisit.*

Futurum, vt amabo, *I sall luise.*

In vnoquoque tempore, sunt duo numeri: Singularis, & Pluralis: Singularis de vno: vt amo, *I luise:* Pluralis de pluribus: vt amamus, *we luise.*

In vtroque numero, sunt tres Personæ, prima, secunda, Tertia. Prima, vt amo, *I luise.* Secunda, vt amas, *thou luises.* Tertia, vt amat, *he luises.*

Gerundia sunt tria, di, do, dum. vt amandi, amando, amandum.

Supina duo, Activum, & passivum: Activum, amatum: Passivum, amatu.

DE VERBORVM CONIVGATIONIBVS. CAP. 7.

PRIMA Conjugatio est quæ habet *a*, ante *re*, vel *ri*, in Infinitivo.

Summa Verbi Activi, Primæ Conjugationis.

Amo, amas, amavi, amare, amandi, amando, amandum, amatum, amaas, amaturus.

INDICAT. MOD. *Præsens.*

Singul. Amo, *I luise*, amas, *thou luisis*, amat, *he luisis.*

Plural. Amamus, *we luise*, amatis, *ze luise*, amant, *they luise.*

Imperfect.

Imperfect.

Sing. Amabam, *I was louing and*, amabas, amabat.
Plur. Amabamus, *we was louing and*, amabatis, amabant.

Perfect.

Sing Amaui, *I haue louing*, amauisti, amauit.
Plur. Amauimus, *we haue louing*, amauistis, amauerunt, vel amauere. *Pluſq.*
Sing. Amaueram, *I had louing*, amaueras, amauerat.
Plur. Amaueramus, *we had louing*, amaueratis, amauerant.

Futur.

Sing. Amabo, *I ſall louing*, amabis, amabit
Plur. Amabimus, *we ſalt louing*, amabitis, amabunt.

IMPERAT. *Præſens.*

Sing. Ama vel amato, *louing thou*: amet vel amato, *louing he.*
Plur. Amemus, *let vs louing*: amate vel amatote, *louing ye*: ament vel amanto, *let tham louing.*

OPTAT. *Præſens.*

Sing. Amem, ames, amet. *Plur.* amemus, ametis, ament.

Imperfect.

Sin. Amarẽ, amares, amaret. *Pl.* amaremus, amaretis, amarẽt

Perfect.

Sing. Amauerim, amaueris, amauerit. *Plural.* amauerimus, amaueritis, amauerint. *Pluſq.*
Sing. Amauiſſem, amauiſſes, amauiſſet.
Plural. Amauiſſemus, amauiſſetis, amauiſſent.

Futur.

Singul. Amauero, amaueris, amauerit.
Plural. Amauerimus amaueritis, amauerint.

SVBIVNC. MOD. *Præſ.*

Sing. Amem, ames, amet. *Plur.* amemus, ametis, ament.

Imperfect.

Sing. amarem, amares, amaret. *Plur.* amaremus, amaretis, amarent. *Perfect.*

Sing. amaverim, amaveris, amaverit. *Pl.* amaverimus, amaveritis, amaverint. *Pluſq.*

Sing. amaviſſe, amaviſſes, amaviſſet. *Pl.* amaviſſemus, amauiſſetis, amaviſſent. *Futur.*

Sing. amavero, amaveris, amaverit. *Pl.* amaverimus, amaveritis, amaverint.

POTENT. *Præſens.*

Sing. Amem, ames, amet. *Plur.* amemus, ametis, ament. *Imperfect.*

Sing. amarem, amares, amaret. *Plur.* amaremus, amaretis, amarent. *Perfect.*

Sing. amaverim, amaveris, amaverit. *Pl.* amaverimus, amaueritis, amaverint. *Pluſq.*

Sing. amaviſſe, amaviſſes, amaviſſet. *Pl.* amaviſſemus, amauiſſetis, amaviſſent. *Futur.*

Sing. amavero, amaveris, amaverit. *Pl.* amaverimus, amaueritis, amaverint.

INFINIT. MOD. *Præſ.*

Præſ. & Imperfect. Amare, *To luiſe.*

Perfect & Pluſq. Amaviſſe, *to haue luiſed.*

Futur. Amatum ire, *to gang to luiſe.*

Futur. Amaturus, vel amaturum eſſe, *for to luiſe.*

Gerundia Amandi, *of luiſing*, amando, *be luiſing*, *or in luiſing*. amandum, *to luiſe.* *Supinum.* Amatum, *to luiſe*, *to be luſit.* *Participia.*

Præſens, Amans, *luiſand.* *Futur.* Amaturus, *for to luiſe.*

Summa Conjugationis Verbi Paſſivi.

Amor, amaris vel amare, amatus ſum vel fui, amari, amandi, amando, amandum, amatum, amatus, amandus.

INDI-

INDICAT. *Præsens.*

Sing. Amor, *I am luisit*, amaris vel amare, amatur.

Plur. Amamur, *we ar luisit*, amamini, amantur.

Imperfect.

Sing. amabar, amabaris vel amabare, amabatur.

Plur. amabamur, amabamini, amabantur.

Perfect.

Sing. Amatus sum vel fui, amatus es vel fuisti, amatus est vel fuit. *Plur.* amati sumus vel fuimus, amati estis vel fuistis, amati sunt, fuerunt vel fuere.

Pluſq.

Sing. Amatus eram vel fueram, amatus eras vel fueras, amatus erat vel fuerat.

Plur. Amati eramus vel fueramus, amati eratis vel fueratis, amati erant vel fuerãt. *Futur.*

Sing. Amabor, amaberis vel amabere, amabitur.

Plur. Amabimur, amabimini, amabuntur.

IMPERAT. MOD. *Præs.*

Sing. Amare vel amator, *be thou luisit*, ametur vel amator, *be ze luisit.*

Plur. Amemur, *let ws be luisit*, amamini vel amaminor, *be ze luisit*, amentur vel amantor, *be they luisit.*

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT.

Præsens.

Sing. Amer, ameris vel amere, ametur.

Plur. Amemur, amemini, amentur.

Imperfect.

Sing. Amarer, amareris vel amarere, amaretur.

Plur. Amaremur, amaremini, amarentur.

Perfect.

Sing. Amatus sim vel fuerim, amatus sis vel fueris, amatus

sit vel fuerit.

Plur. Amati simus vel fuerimus, amati sitis vel fueritis, amati sint vel fuerint. *Plusq.*

Sing. Amatus essem vel fuissem, amatus esses vel fuisses, amatus esset vel fuisset.

Plur. Amati essemus vel fuissemus, amati essetis vel fuissetis, amati essent vel fuissent.

Futurum.

Sing. Amatus ero vel fuero, amatus eris vel fueris, amatus erit vel fuerit.

Plur. Amati erimus vel fuerimus, amati eritis vel fueritis, amati erunt vel fuerint.

INFINIT. MOD.

Præs. & Imperfect. Amari, *To be luisit.*

Perfect. & Plusq. Amatum esse vel fuisse.

Futurum. Amatum iri.

Gerundia. Amandi, amando, amandum. Supinum, amatu.

Participia Præterit. Amatus, *luisit.* Futur. Amandus, *To be luusit.*

Secunda Conjugatio est, quæ habet *e* longum ante *re* vel *ri*, in Infinitivo.

Summa Verbi Activi, secundæ Conjugationis: Doceo, doces, docui, docere, docendi, docendo, docendum, doctum, docens, docturus.

INDICAT. MOD. *Præsens.*

Sing. Doceo, *I teach*, doces, docet. *Pl.* docemus, docetis, docent. *Imperfect.*

Sing. Docebam, docebas, docebat. *Pl.* docebamus, docebatis, docebant. *Perfect.*

Sing. Docui, docuisti, docuit. *Pl.* docuimus, docuistis, docuerunt vel docuere. *Plusq.*

Sing.

Sing. Docueram, docueras, docuerat. *Pl.* docueramus, docueratis, docuerant. *Futur.*

Sing. Docebo, docebis, docebit. *Pl.* docebimus, docebitis, docebunt.

IMPERAT. *Præsens.*

Sing. Doce vel doceto, doceat vel doceto. *Plur.* doceamus, docete vel docetote, doceant vel docento.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT.

Præsens.

Sing. Doceam, doceas, doceat. *Pl.* doceamus, doceatis, doceant. *Imperfect.*

Sing. Docerem, doceres, doceret. *Pl.* doceremus, doceretis, docerent. *Perfect.*

Sing. Docuerim, docueris, docuerit. *Pl.* docuerimus, docueritis, docuerint. *Plusq.*

Sing. Docuissem, docuisses, docuisset. *Pl.* docuissemus, docuissetis, docuissent. *Futur.*

Sing. Docuero, docueris, docuerit. *Pl.* docuerimus, docueritis, docuerint.

INFINIT. MOD.

Præs. & Imperfect. Docere. Perfect. & Plusq. Docuisse.

Futurum, Doctum ire, docturus, vel docturum esse.

Gerundia, Docendi, docendo, docendum.

Supinum, Doctum.

Participia, Præs. Docens. Futurum, Docturus.

Summa Verbi Passivi, secundæ Conjugationis: Doceor, doceris, vel docere, doctus sum vel fui, doceri, docendi, docendo, docendum, doctum, doctus, docendus.

INDICAT. *Præsens.*

Sing. Doceor, *I am taught*, doceris vel docere, docetur.

Plur. Docemur, docemini, docentur

Imperfect.

Sing. Docebar, docebaris, vel docebare, docebatur.

Plur. Docebamur, docebamini, docebantur.

Perfect.

Sing. Doctus sum vel fui, doctus es vel fuisti, doctus est vel fuit. *Pl.* docti sumus vel fuimus, docti estis vel fuistis, docti sunt, fuerunt vel fuere,

Plusq.

Sing. Doctus eram vel fueram, doctus eras vel fueras, doctus erat vel fuerat. *Pl.* Docti eramus vel fueramus, docti eratis vel fueratis, docti erant vel fuerant.

Futurum.

Sing. Docebor, doceberis vel docebere, docebitur.

Plur. Docebimur, docebimini, docebuntur.

IMPERAT. MOD. *Præs.*

Sing. Docere vel docetor, doceatur vel docetor.

Plur. Doceamur, docemini vel doceminor, doceantur vel docentor.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT. MOD. *Præsens.*

Sing. Docear, docearis vel doceare, doceatur. *Pl.* Doceamur, doceamini, doceãtur. *Imperfect.*

Sing. Docerer, docereris vel docerere, docerentur.

Plur. Doceremur, doceremini, docerentur.

Perfect.

Sing. Doctus sim vel fuerim, doctus sis vel fueris, doctus sit vel fuerit.

Plur. Docti simus vel fuerimus, docti sitis vel fueritis, docti sint, fuerint vel fuere. *Plusq.*

Sing. Doctus essem vel fuissem, doctus esses vel fuisses, doctus esset vel fuisset.

Plur.

Plur. Docti eſſemus vel fuiſſemus, docti eſſetis vel fuiſſetis, docti eſſent vel fuiſſent.

Futur.

Sing. Doctus ero vel fuero, doctus eris vel fueris, doctus erit vel fuerit.

Plur. Docti erimus vel fuerimus, docti eritis vel fueritis, docti erunt vel fuerint.

Præſ. & Imperf. Doceri. Perfect. & Pluſq. Doctum eſſe, vel fuiſſe. Futur. Doctum iri.

Gerundia, Docendi, docendo, docendum.

Supinum, Doctum.

Participia Præterit. Doctus. Futur. Docendus.

TERTIA Conjugatio eſt, quæ habet *e* breve ante *re* in Infinitivo, vel ante *ris*, in Præſenti Indicativo.

Summa Verbi Activi Conjugationis tertiæ. Lego, legis, legi, legere, legendi, legendo, legendum, lectum, legens, lecturus.

INDICAT. MOD. *Præſens.*

Sing. Lego, legis, legit. *Pl.* Legimus, legitis, legunt.

Imperfect.

Sing. Legebam, legebas, legebat. *Pl.* Legebamus, legebatis, legebant.

Perfect.

Sing. Legi, legiſti, legit. *Plur.* Legimus, legiſtis, legerunt vel legere.

Pluſq.

Sing. Legeram, legeras, legerat. *Pl.* Legeramus, legeratis, legerant.

Futur.

Sing. Legam, leges, leget. *Plur.* Legemus, legetis, legent.

IMPERAT. MOD. *Præſens.*

Sing. Lege vel legito, legat vel legito.

Plur. Legamus, legite vel legitote, legant, legunto.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT. MOD. *Præsens.*

Sing. Legam, legas, legat. *Plur.* Legamus, legatis, legant.

Imperfect.

Sing. Legerem, legeres, legeret. *Pl.* legeremus, legeretis, legerent. *Perfect.*

Sing. Legerim, legeris, legerit. *Pl.* legerimus, legeritis, legerint. *Pluſq.*

Sing Legiſſem, legiſſes, legiſſet. *Pl* legiſſemus, legiſſetis, legiſſent. *Futur.*

Sing. Legero, legeris, legerit. Pl. legerimus, legeritis, legerint.

INFINIT. MOD.

Præſ. & Imperfect. Legere. Perfect. & Pluſq. Legiſſe.
Futurum, Lectum ire, lecturus, vel lecturum eſſe.
Gerundia, Legendi, legendo, legendum. Supinum, lectum.
Participia Præſ. Legens. Futur. Lecturus.

Summa Verbi Paſſivi Conjugationis tertiæ. Legor, legeris vel legere, lectus ſum vel fui, legi, legendi, legendo, legendum: lecta, lectis, legendus.

INDICAT. MOD. *Præſens*

Sing. Legor, *I am read*, legeris vel legere, legitur.
Plur. Legimur, legimini, leguntur.

Imperfect.

Sing. Legebar, legebaris vel legebare, legebatur.
Plur. Legebamur, legebamini, legebantur.

Perfect.

Sing. Lectus ſum vel fui, lectus es vel fuiſti, lectus eſt vel fuit
Plur. Lecti ſumus vel fuimus, lecti eſtis vel fuiſtis, lecti ſunt, fuerunt vel fuere. *Pluſq.* *Sing.*

Sing. Lectus eram vel fueram, lectus eras vel fueras, lectus erat vel fuerat.

Plur. Lecti eramus, vel fueramus, lecti eratis vel fueratis, lecti erant vel fuerant. *Futur.*

Sing. Legar, legeris vel legere, legetur. *Pl.* Legemur, legemini, legentur.

IMPERAT. MOD. *Præſ.*

Sing. Legere, vel legitor, legatur vel legitor.

Plur. Legamur, legimini vel legiminor, legãtur vel leguntor.

OPTAT. POTENT. ET SVBIVNCT.

Præſens.

Sing. Legar, legaris vel legare, legatur. *Pl.* Legamur, legamini, legantur. *Imperfect.*

Sing. Legerer, legereris vel legerere, legeretur.

Plur. Legeremur, legeremini, legerentur.

Perfect.

Sing. Lectus ſim vel fuerim, lectus ſis vel fueris, lectus ſit vel fuerit.

Plur. Lecti ſimus vel fuerimus, lecti ſitis vel fueritis, lecti ſint vel fuerint. *Pluſq.*

Sing. Lectus eſſem vel fuiſſem, lectus eſſes vel fuiſſes, lectus eſſet vel fuiſſet.

Plur. Lecti eſſemus vel fuiſſemus, lecti eſſetis, vel fuiſſetis, lecti eſſent vel fuiſſent. *Fut.*

Sing. Lectus ero vel fuero, lectus eris vel fueris, lectus erit vel fuerit.

Plur. Lecti erimus vel fuerimus, lecti eritis vel fueritis, lecti erunt vel fuerint.

INFINIT. MOD.

Præſ. & Imperfect. Legi.

Perfect. & Pluſq. Lectum eſſe vel fuiſſe.

Futu-

Futurum, Lectum iri.
Gerundia, Legendi, legendo, legendum. Supin. Lectum.
Participia Præterit. Lectus. Futur. Legendus.

QVARTA Conjugatio est, quæ habet *i* longum ante *re* vel *ri* in Infinitivo.

Summa Verbi Activi Conjugationis quartæ. Audio, audis, audivi, audire, audiendi, audiendo, audiendum, auditum, audiens, auditurus.

INDICAT. MOD. *Præsens.*

Sing. Audio, *I hear*, audis, audit. *Plur.* Audimus, auditis, audiunt. *Imperfect.*

Sing. Audiebam, audiebas, audiebat. *Pl.* Audiebamus, audiebatis, audiebant. *Perfect.*

Sing. Audivi, audivisti, audivit. *Pl.* Audivimus, audivistis, audiverunt vel audivere. *Plusq.*

Sing. Audiverã, audiveras, audiverat. *Pl.* Audiveramus, audiveratis, audiverant. *Futur.*

Sing. Audiã, audies, audiet. *Pl.* audiemus, audietis, audient.

IMPERAT. MOD. *Præsens.*

Sing. Audi vel audito: Audiat, audito.

Plur. Audiamus. audite, auditote, audiant, audiunto.

OPTAT. POTENT. ET SVBIVNCT. MOD. *Præsens.*

Sing. Audiam, audias, audiat. *Pl.* Audiamus, audiatis, audiant. *Imperfect.*

Sing. Audirem, audires, audiret. *Pl.* Audiremus, audiretis, audirent. *Perfect.*

Sing. Audiverim, audiveris, audiverit. *Pl.* Audiverimus, audiveritis, audiverint. *Plusq.*

Sing. Audivisse, audivisses, audivisset. *Pl.* Audivissemus, audivissetis,

diviſſetis, audiviſſent. *Futur.*

Sing. Audivero, audiveris, audiverit. *Pl.* Audiverimus, audiveritis, audiverint.

INFINIT. MOD.

Præſ. & Imperfect. Audire. Perfect. & Pluſq. Audiviſſe. Futur. Auditum ire, auditurus, vel auditurum eſſe.

Gerundia Audiendi, audiendo, audiendū. Sup. Auditum.

Participia: Præſens, Audiens. Futur. Auditurus.

SVmma Verbi Paſſivi Conjugationis quartæ: Audior, audiris vel audire, auditus ſum vel fui, audiri, audiendi, audiendo, audiendum, auditu, auditus, audiendus.

INDICAT. MOD *Præſens.*

Sing. Audior, *I am heard*, audiris vel audire, auditur.

Plur. Audimur, audimini, audiuntur.

Imperfect.

Sing. Audiebar, audiebaris vel audiebare, audiebatur.

Plur. Audiebamur, audiebamini, audiebantur.

Perfect.

Sing. Auditus ſum vel fui, auditus es vel fuiſti, auditus eſt vel fuit *Pl.* Auditi ſumus vel fuimus, auditi eſtis vel fuiſtis, auditi ſunt, fuerunt vel fuere. *Pluſq.*

Sing. Auditus eram vel fueram, auditus eras vel fueras, auditus erat vel fuerat. *Pl.* Auditi eramus vel fueramus, auditi eratis vel fueratis, auditi erant vel fuerant.

Futur.

Sing. Audiar, audieris vel audiere, audietur. *Pl.* Audiemur, audiemini, audientur.

IMPERAT. MOD. *Præſens.*

Sing. Audire auditor, Audiatur auditor. *Pl.* Audiamur, audimini, audiminor, audiantur, audiuntur.

OPTAT.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT. *Præsens.*

Sing. Audiar, audiaris vel audiare, audiatur.

Plur. Audiamur, audiamini, audiantur.

Imperfect.

Sing. Audirer, audireris vel audirere, audiretur.

Plur. Audiremur, audiremini, audirentur.

Perfect.

Sing. Auditus sim vel fuerim, auditus sis vel fueris, auditus sit vel fuerit.

Plur. Auditi simus vel fuerimus, auditi sitis vel fueritis, auditi sint vel fuerint. *Plusq.*

Sing. Auditus essem vel fuissem, auditus esses vel fuisses, auditus esset vel fuisset.

Plur. Auditi essemus vel fuissemus, auditi essetis vel fuissetis, auditi essent vel fuissent.

Futurum

Sing. Auditus ero vel fuero, auditus eris vel fueris, auditus erit vel fuerit.

Plur. Auditi erimus vel fuerimus, auditi eritis vel fueritis, auditi erint vel fuerint.

INFINIT. MOD.

Præs. & Imperfect. Audiri.

Perfect. & Plusq. Auditus vel auditum esse vel fuisse.

Futurum, Auditum iri.

Gerundia, audiendi, audiendo, audiendum. Supin. Auditu.

Participia Præterit. Auditus. Futur. Audiendus.

De formatione Temporum Verbi Activi. CAP. 8.

A Præsenti & Præterito Perfecto Indicativi, omnia Tempora formantur.

Imper-

Imperfectum & Futurum Indicativi formantur à præsenti.

In prima & secunda Conjugatione, ab Amas, Doces, mutando *s* in *bam*, pro Imperfecto: & *s* in *bo*, pro Futuro.

At in tertia & quarta Conjugatione, formantur à Lego, Audio: mutando *o* in *e*, & addendo *bam*, pro Imperfecto; & mutando *o* in *am*, *es*, *et*, pro Futuro.

Ab Amas, doces, audis, fit Præsens Imperativi, Ama, doce, audi, delendo s, At à legis fit lege, delendo *s*, & vertendo *i* in *e*.

Ab Amas, doces, legis, audis, fit Imperfect. Optativi, amarem, docerem, legerem, audirem, & Præsens Infinitivi, amare, docere, legere, audire, mutando s in *rem* vel *re*. In legis mutatur etiam *i* in *e*.

In Imperativo, Amato, doceto, &c. fiunt ab amat, docet, addendo o.

Amate & amatote, docete, docetote, ab amatis, docetis: Vertendo *tis* in *te* vel *tote*.

Amanto, docento, ab amant, docent, addendo *o*.

Præsens Optativi in prima Conjugatione fit ab Amo: *o*, in *em*, *es*, *et*, amem, ames, amet. At in reliquis Conjugationibus, vertitur *o* in *am*, *as*, *at*: Sic à doceo, lego, audio, fit doceam, legam, audiam: as, at.

A Præterito Perfecto Indicativi, formantur quinque tempora: Pluſquamperfectum Indicativi; Perfectum, Pluſquāperfectum, & Futurum Optativi; & Præteritum Infinitivi. Mutatur enim *i* in *e*, & additur, *ram*, *rim*, *ro*: vt Amavi, amaveram, amaverim, amavero: vel additur *ſſem*, vel *ſſe*, gemino *ſſ*: vt amavi, amaviſſem, amaviſſe; ſic in cæteris.

Futurum Infinitivi eſt duplex.

Primum, amatum ire, fit ex priore Supino, & Infinitivo ire: ſic doctum ire, lectum ire.

Secundum

Secundum vero, ſcilicet Amaturus vel Amaturum eſſe, fit ex Participio Futuri temporis in *rus*, & Infinitivo eſſe, ſic Lecturus eſſe, &c.

Gerundia, amandi, amando, amandum, fiunt ex Genitivo Participii præſentis temporis: ſcilicet Amantis: vertendo *tis*, in *di*, *do*, *dum*: vt Amantis: amandi, amando, amandum.

Participium Præſentis temporis, ſcilicet Amans, fit ab imperfecto Indicativi, mutando *bam* in *ns*: vt Amabam, amans: docebam, docens: audiebam, audiens.

Participium Futuri temporis in rus, ſcilicet Amaturus, fit à poſteriore Supino Amatu, addēdo *rus*: Amatu, amaturus.

De formatione vocum Paſſiuarum.

VOces Paſſivæ formantur ab perſonis Activis ſibi reſpondentibus, hunc in modum: *o* mutatur in *or*, *s* in *ris*, vel *re*, *t* in *tur*, *mus* in *mur*, *tis* in *mini*, *nt* in *r*.

O in *or*. vt Amo, amor: *s* in *ris*, vel *re*: vt Amas, amaris vel amare: *t* in *tur*: vt Amat, amatur: *mus* in *mur*: vt Amamus, amamur: *tis* in *mini*; vt Amatis, amamini: *nt* in *r*; vt Amabam, amabar, Amem, amer.

In Paſſivis Præterita fiunt ex Participio Præteriti temporis: & duobus temporibus verbi Sum ejuſdem modi: vt in Indicativo, Amatus ſum vel fui.

Præteritum perfectum: Amatus eram vel fueram, Pluſquamperfectum. In Subjunctivo, Amatus ſim vel fuerim, Perfectum. Amatus eſſem vel fuiſſem, Pluſq. Eodem modo fit Futurum Subjunctivi, Amatus ero vel fuero, ex Futuro Indicativi, & Futuro Subjunctivi, Verbi Sum. In Infinitivo ſimiliter fit, Amatus vel amatam eſſe vel fuiſſe, Pluſquamperfect. Porro Imperativus formatur ab Activo, addendo *re*, Ama, amare: Et in ſecunda Plurali, *te* mutatur in *mini*, &

tolt

tote in *minor*: *te* in *mini*: vt Amate, amamini: *tote* in *minor*: vt Amatote, amaminor. In Infinitivo, *re* mutatur in *ri*: vt Amare, amari. At in tertia Conjugatione tollitur *re*, & præcedens *e* vertitur in *i*: vt Legere, legi.

Futurum Infinitivi fit ex priore Supino, & *iri*, vt Amatum iri.

Participium Præteriti temporis formatur ex posteriore Supino, addendo *s*, Amatu, amatus.

Participium vero Futuri temporis, formatur à Gerundio in *dum*, mutando *dum* in *dus*: vt Amandum, amandus.

DE ANOMALIS. Cap. 9.

HActenus Analoga: sequuntur Anomala. Anomala tertiæ Conjugationis sunt, Sum, Possum, Volo, Nolo, &c.

INDICAT. MOD. *Præs.*

Sing. Sum, *I am*, es, est. *Plur.* Sumus, estis, sunt.

Imperfect.

Sing. Eram, *I was*, eras, erat. *Pl.* Eramus, eratis, erant.

Perfect.

Sing. Fui, *I have been*, fuisti, fuit. *Plur.* Fuimus, fuistis, fuerunt vel fuere.

Pluſq.

Sing. Fueram, *I had been*, fueras, fuerat. *Pl.* Fueramus, fueratis, fuerant. *Futur.*

Sing. Ero, *I shall be*, eris, erit. *Pl.* Erimus, eritis, erint.

IMPERAT. MOD. *Præs.*

Sing. sis, es vel esto, *be thou*: Sit vel esto, *be he.*

Plur. Simus, sitis, este vel estote, sint vel sunto.

OPTAT.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT. MOD. *Præsent.*

Singul. Sim, sis, sit. *Plural.* simus, sitis, sint.

Imperfect.

Singul. Esse-m, esses, esset. vel Forem, res, ret.

Plural. Essemus, essetis, essent.

Perfect.

Sing. Fuerim, fueris, fuerit. *Plur.* fuerimus, fueritis, fuerint.

Pluſq.

Sing. Fuissem, fuisses, fuisset. *Pl.* fuissemus, fussetis, fuissent.

Futur.

Sing. Fuero, fueris, fuerit. *Pl.* fuerimus, fueritis, fuerint.

INFINIT. MOD.

Præſ. & Præter. Imperfect. esse.

Perfect. & Pluſq. fuisse.

Futur. *fore*, futurus vel futurum esse.

Participium Præsentis temporis, *ens*: Futur. *futurus.*

Compoſita ex *sum*, Possum, adsum, absum, intersum, &c.

INDICAT. MOD. *Præſ.*

Sing. Possum, *I may*, potes, potest. *Pl.* possumus, potestis, possunt. *Imperfect.*

Sing. Poteram, poteras, poterat. *Pl.* poteramus, poteratis, poterant. *Perfect.*

Sing. Potui, potuisti, potuit. *Pl.* potuimus, potuistis, potuerunt vel potuere. *Pluſq.*

Sing. Potueram, potueras, potuerat. *Pl.* Potueramus, potueratis, potuerant. *Futur.*

Sing. Potero, poteris, poterit. *Pl.* poterimus, poteritis, poterint. *Imperativus deeſt.*

OPTAT.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT.

MOD. *Præsens.*

Sing. Possim, possis, possit. *Pl.* Possimus, possitis, possint.

Imperfect.

Sing. Possem, posses, posset. *Pl.* Possemus, possetis, possent.

Perfect.

Sing. Potuerim, potueris, potuerit. *Pl.* Potuerimus, potueritis, potuerint.

Pluſq.

Sing. Potuissem, potuisses, potuisset. *Pl.* Potuissemus, potuissetis, potuissent.

Futur.

Sing. Potuero, potueris, potuerit. *Pl.* Potuerimus, potueritis, potuerint.

INFINIT. MOD.

Præs. & Imperf. Posse, Perf. & Pluſq. Potuisse. Fut. deest. Participium Præsentis temporis, nomen potus, potens.

INDICAT. MOD. *Præs.*

Sing. Volo, *I will*, vis, vult. *Pl.* Volumus, vultis, volunt.

Imperfect.

Sing. Volebam, volebas, volebat. *Pl.* Volebamus, volebatis, volebant.

Perfect.

Sing. Volui, voluisti, voluit. *Pl.* Voluimus, voluistis, voluerunt vel voluere.

Pluſq.

Sing. Volueram, volueras, voluerat. *Pl.* Volueramus, volueratis, voluerant.

Futur.

Sing. Volam, voles, volet. *Pl.* Volemus, voletis, volent.

Imperat. deest.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT.

Præsens.

Sing. Velim, velis, velit. *Pl.* Velimus, velitis, velint.

Imperfect.

Sing. Vellem, velles, vellet. *Plur.* Vellemus, velletis,

velletis, vellent. *Perfect.*

Sing. Voluerim, volueris, voluerit. *Pl.* Voluerimus, voluerítis, voluerint. *Plusq.*

Sing. Voluiſſem, voluiſſes, voluiſſet. *Pl.* voluiſſemus, voluiſſetis, voluiſſent. *Futur.*

Sing. Voluero, volueris, voluerit. *Pl.* voluerimus, voluerítis, voluerint.

Compoſita ex Volo: Nolo, Malo.

INDICAT. MOD. *Præſ.*

Sing. Nolo, *I will not*, nonvis, nonvult. *Pl.* Nolumus, nonvultis, nolunt. *Imperfect.*

Sing. Nolebam, nolebas, nolebat. *Pl.* nolebamus, nolebatis, nolebant. *Perfect.*

Sing. Nolui, noluiſti, noluit. *Pl.* noluimus, noluiſtis, noluerunt vel noluere *Pluſq.*

Sing. Nolueram, nolueras, noluerat. *Pl.* Nolueramus, nolueratis, noluerant. *Futur.*

Sing. Nolam, noles, nolet. *Pl.* Nolemus, noletis, nolent.

IMPERAT. MOD. *Præſ.*

Sing. Noli, nolito. *Pl.* Nolite, nolitote.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT. MOD. *Præſent.*

Sing. Nolim, nolis, nolit. *Pl.* Nolimus, nolitis, nolint. *Imperfect.*

Sing. Nollem, nolles, nollet. *Pl.* Nollemus, nolletis, nollent. *Perfect.*

Sing. Noluerim, nolueris, noluerit. *Pl.* Noluerimus, noluerítis, noluerint. *Pluſq.*

Sing. Noluiſſem, noluiſſes, noluiſſet. *Pl.* Noluiſſemus, noluiſſetis, noluiſſent. *Futur.*

Sing.

Sing. Noluero, nolueris, noluerit. *Pl.* Noluerimus, nolueritis, noluerint.

INFINIT. MOD.

Præſ. & Imperfect. Nolle. Perfect. & Pluſq. Noluiſſe.

Participium, Nolens.

MALO INDICAT. *Præſ.*

Sing. Malo, *I would rather*, mavis, mavult. *Pl.* Malumus, mavultis, malunt. *Imperfect.*

Sing. Malebam, malebas, malebat. *Pl.* Malebamus, malebatis, malebant. *Perfect.*

Sing. Malui, maluiſti, maluit. *Pl.* Maluimus, maluiſtis, maluerunt vel maluere. *Pluſq.*

Sing. Malueram, malueras, maluerat. *Pl.* Malueramus, malueratis, maluerant. *Futur.*

Sing. Malam, males, malet. *Pl.* Malemus, maletis, malent. *Imperat. deeſt.*

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT. MOD. *Præſ.*

Sing. Malim, malis, malit. *Pl.* Malimus, malitis, malint. *Imperfect.*

Sing. Mallem, malles, mallet. *Pl.* Mallemus, malletis, mallent. *Perfect.*

Sing. Maluerim, malueris, maluerit. *Pl.* Maluerimus, malueritis, maluerint. *Pluſq.*

Sing. Maluiſſe, maluiſſes, maluiſſet. *Pl.* Maluiſſemus, maluiſſetis, maluiſſent. *Futur.*

Sing. Maluero, malueris, maluerit. *Pl.* Maluerimus, malueritis, maluerint.

INFINIT. MOD.

Præſ. Malle. Perfect. & Pluſq. Maluiſſe.

FIO, INDICAT. MOD. *Præs.*

Sing. Fio, fis, fit. *Plur.* Fimus, fitis, fiunt.

Imperfect.

Sing. Fiebam, fiebas, fiebat. *Pl.* Fiebamus, fiebatis, fiebant.

Perfect.

Sing. Factus sum vel fui, factus es vel fuisti, factus est vel fuit.

Plur. Facti sumus vel fuimus, facti estis vel fuistis, facti sunt fuerunt vel fuere. *Plusq.*

Sing. Factus eram vel fueram, factus eras vel fueras, factus erat vel fuerat.

Plur. Facti eramus vel fueramus, facti eratis vel fueratis, facti erant vel fuerant.

Futur.

Sing. Fiam, fies, fiet. *Pl.* Fiemus, fietis, fient.

IMPERAT. MOD. *Præs.*

Sing. Fi vel fito, fiat vel fito. *Plur.* Fiamus, fite, fitote, fiant, fiunto.

OPTAT. SVBIVNCT. ET POTENT. MOD. *Præsens.*

Sing. Fiam, fias, fiat *Plur.* Fiamus, fiatis, fiant.

Imperfect.

Sing. Fierem, fieres, fieret. *Pl.* Fieremus, fieretis, fierent.

Perfect.

Sing. Factus sim vel fuerim, factus sis vel fueris, factus sit vel fuerit.

Plur. Facti simus vel fuerimus, facti sitis vel fueritis, facti sint vel fuerint.

Plusq.

Sing. Factus essem vel fuissem, factus esses vel fuisses, factus esset vel fuisset.

Plur.

Plur. Facti essemus vel fuissemus, facti essetis vel fuissetis, facti essent vel fuissent.

Futur.

Sing. Factus ero vel fuero, factus eris vel fueris, factus erit vel fuerit.

Plur. Facti erimus vel fuerimus, facti eritis vel fueritis, facti erunt vel fuerint.

INFINIT.

Præs. & Imperfect. Fieri.

Perfect. & Pluſq. Factus, vel factum esse, vel fuisse.

Gerundia, Faciendi, faciendo, faciendum.

Supinum, Factum.

Participium Præteriti temporis, Factus.

Futuri, Faciendus.

Anomala Quarta Conjugat.

EO, INDICAT. *Præſ.*

Sing. Eo, *I going*, is, it. *Plur.* Imus, itis, eunt.

Imperfect.

Sing. Ibam, ibas, ibat. *Plur.* Ibamus, ibatis, ibant.

Perfect.

Sing. Ivi, iviſti, ivit. *Plur.* Ivimus, iviſtis, iverunt vel ivere.

Pluſq.

Sing. Iveram, iveras, iverat. *Pl.* Iveramus, iveratis, iverant.

Futur.

Sing. Ibo, ibis, ibit. *Pl.* Ibimus, ibitis, ibunt.

IMPERAT. MOD. *Præſ.*

Sing. I, vel ito, eat vel ito. *Pl.* Eamus, ite vel itote, eant eunto.

OPTAT. SUBJUNCT. ET POTENT. MOD. *Præſens.*

Sing. Eam, eas, eat. *Plur.* Eamus, eatis, eant.

Imperfect.

Sing. Irem, ires, iret. *Plur.* Iremus, iretis, irent.

Perfect.

Sing. Iverim, iveris, iverit. *Pl.* Iverimus, iveritis, iverint.

Pluſq.

Sing. Iviſſem, iviſſes, iviſſet. *Pl.* Iviſſemus, iviſſetis, iviſſent.

Futur.

Sing. Ivero, iveris, iverit, *Pl.* Iverimus, iveritis, iverint.

INFINIT. MOD.

Præſ. & Imperfect. Ire. Perfect. & Pluſq. Iviſſe. Gerundia, eundi, eundo, eundum. Sup. Itum. Particip. Præſentis temporis, Iens. Futur. Iturus.

Queo, ſimiliter conjugatur.

De Impersonalibus. CAP. 10.

HActenus Verba Perſonalia: Impersonalia ſequuntur. Impersonalia Activæ vocis ſunt, Vacat, Oportet, Libet, Contingit, Expedit, &c.

Vacat, ſic conjugatur per Prim. Conjugat.

INDICAT.

Præſ. Vacat.
Imper. Vacabit.
Perfect. Vacavit.
Pluſq. Vacaverat.
Futur. Vacabit.

IMPERAT.

Vacet.

OPT. SUB. ET POTENT.

Præſ. Vacet.
Imperf. Vacaret.
Perfect. Vacaverit.
Pluſq. Vacaviſſet, vel Vacaſſet.
Futur. Vacaverit.

INFINIT.

Præſ. & Imperf. Vacare.
Perf. & Pluſq. Vacaviſſe, vel Vacaſſe.

Oportet, ſic. Per Secund. Conjugat.

INDICAT.

Præſ. Oportet.

Imperf. Oportebat.
Perfect. Oportuit.
Pluſq. Oportuerat.
Futur. Oportebit.

IMPERAT.

Oporteat.

OPT. SVB. ET PO-TENT.

Præſ. Oporteat.
Imperf. Oporteret.
Perfect. Oportuerit.
Pluſq. Oportuiſſet.
Futur. Oportuerit.

INFINIT.

Præſ. & Imperf. Oportere.
Perf. & Pluſq. Oportuiſſe.

Contingit ſic. Per tertiam Conjugat.

INDICAT.

Præſ. Contingit.
Imperf. Contingebat.
Præt. Contigit.
Pluſq. Contigerat.
Futur. Continget.

IMPERAT.

Contingat.

OPT. SVB. ET PO-TENT.

Præſ. Contingat.
Imperf. Contingeret.
Perfect. Contigerit.
Pluſq. Contigiſſet.
Futur. Contigerit.

INFINIT.

Præſ. & Imperf. Contingere
Perf. & Pluſq. Contigiſſe.

Expedit ſic. Per quart. Conjugat.

INDICAT.

Præſ. Expedit.
Imperf. Expediebat.
Perfect. Expedivit.
Pluſq. Expediverat.
Futur. Expediet.

IMPERAT.

Expediat.

OPT. SVB. ET PO-TENT.

Præſ. Expediat.
Imperf. Expediret.
Perfect. Expediverit.
Pluſq. Expediviſſet.
Futur. Expediverit.

INFINIT.

Præſ. & imperf. Expedire.
Perf. & Pluſq. Expediviſſe.

Impersonalia Paſſivæ vocis ſunt, Statur, Sedetur, Curritur, Convenitur.

Statur ſit conjugatur per primam Conjugationem.

INDICAT.

Præſ. Statur.
Imperf. Stabatur.
Perfect. Statum eſt vel fuit.
Pluſq. Statum erat vel fuerat.
Futur. Stabitur.

IMPERAT.

Stetur.

OPT. SUB. ET POTENT.

Præſ. Stetur.
Imperf. Staretur.
Perfect. Statum ſit vel fuerit.
Pluſq. Statum eſſet vel fuiſſet.
Futur. Statum erit vel fuerit.

INFINIT.

Præſ. & Imperf. Stari.
Perf. & Pluſq. Statum eſſe vel fuiſſe.

Sedetur ſic, Per ſecundam Conjugat.

INDICAT.

Præſ. Sedetur.
Imperf. Sedebatur.
Perfect. Seſſum eſt vel fuit.
Pluſq. Seſſum erat vel fuerat.
Futur. Sedebitur.

IMPERAT.

Sedeatur.

OPT. SUB. ET POTENT.

Præſ. Sedeatur.
Imperf. Sederetur.
Perfect. Seſſum ſit vel fuerit.
Pluſq. Seſſum eſſet vel fuiſſet.
Futur. Seſſum erit vel fuerit.

INFINIT.

Præſ. & Imperf. Sederi.
Perf. & Pluſq. Seſſum eſſe vel fuiſſe.

Curritur ſic, Per tertiam Conjugat.

INDICAT.

Præſ. Curritur.
Imperf. Currebatur.
Perfect. Curſum eſt vel fuit.
Pluſq. Curſum erat vel fuerat.
Futur. Curretur.

IMPE-

IMPERAT.
Curratur.
OPT. SVB. ET PO-
TENT.
Præſ. Curratur.
Imperf. Curreretur.
Perfect. Curſum ſit vel
fuerit.
Pluſq. Curſum eſſet vel
fuiſſet.
Futur. Curſum erit vel
fuerit.
INFINIT.
Præſ. & Imperf. Curri.
Perf. & Pluſq. Curſum eſſe
vel fuiſſe.

Convenitur ſic. Per quar-
tam Conjugat.
INDICAT.
Præſ. Convenitur.
Imperf. Conveniebatur.
Perfect. Conventum eſt
vel fuit.
Pluſq. Conventum erat
vel fuerat.
Futur. Convenietur.
IMPERAT.
Conveniatur.

OPT. SVB. ET PO.
TENT.
Præſ. Conveniatur.
Imperf. Conveniretur.
Perfect. Conventum ſit
vel fuerit.
Pluſq. Conventum eſſet
vel fuiſſet.
Futur. Conventum erit
vel fuerit.
INFINIT.
Præſ. & Imperf. Conveniri.
Perfect. & Pluſq. Conven-
tum eſſe vel fuiſſe.

DE PARTICIPIO. CAP. II.

PArticipium eſt dictio declinata cum temporibus: vt Amans, *luiſand*: Amaturus, *for to luiſe*.

Participiorum tria ſunt tempora: Præſens, Præteritum, & Futurum.

Præſens in *ans*, vel in *ens*: vt Amans, *luiſand*: Legens, *reiland*: ab Amo, Lego.

Præteritum in *tus, ſus, xus*: vt Amatus, *luiſit*: Læſus *hurt*: Nexus,

Nectus, *bound*: ab Amor, Lædor, Nector.

Futurum in *rus* vel *dus*, vt Amaturus, *for to luife*, Amandus, *to be luifit*: ab Amo, & Amor.

Omnia Participia ſunt derivata: derivãtur enim à verbis.

Quæ in *us* deſinunt declinantur, vt bonus, per primam & ſecundam Nominum declinationem: Amatus, amata, amatum: Genit. amati, amatæ, amati, &c. Amandus, amanda, amandum. Genit. Amandi, amandæ, Amandi.

At quæ in *ans*, & in *ens*, declinantur vt Fœlix, per Tertiam Nominum declinationẽ: vt hic & hæc & hoc amans: hic & hæc & hoc docens: Genit. amantis, docentis, &c.

De Dictionibus invariatis. CAP. 12.

DE ADVERBIO.

ADVERBIVM eſt dictio invariata, circumſtantiam rei ſubjiciens.

Circumſtantiæ ſunt, Locus, tempus, perſona, modus, ſeu qualitas, cauſa, inſtrumentum. vt nuſquam jam apparet: heri venit: ſcitè pingit: mecum familiariſſimè vivit.

Adverbia loci ſunt, hic, illic, iſtic: huc, illuc, iſtuc: hâc, illac, iſtac.

Temporis, heri, hodie, cras, &c.

Adverbia perſonæ, mecum, tecum, ſecum.

Modi ſeu qualitatis: benè, malè, doctè, pulchrè, inſignitèr.

Quantitatis: multum, parum, ſatis, affatim, abunde.

Prohibendi: ne.

Demonſtrandi: en, ecce.

Vocandi: ô, heus, &c.

Adverbia alia ſunt prima, alia derivata.

Prima, vt ſæpe, cras, cur, non.

Derivata, veſperi, noctu, doctè, pulchrè.

DE

DE PRÆPOSITIONE.

PRÆPOSITIO, est dictio invariata, rem cui præponitur, determinans: vt, ad, apud, ante, adversus vel adversum, &c. A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, de, &c. In, sub, super, & subter.

Porro Præpositio præponitur duobus modis: per appositionem, & per compositionem.

Per appositionem, dum per se casum regit: vt, ad græcas Calendas.

Per Compositionem, dum cum alia dictione componitur: vt, Adfero.

DE INTERIECTIONE.

INterjectio est dictio invariata, animi affectum innuens: vt, heu, hei, væ, papæ, ô, proh, &c.

DE CONIVNCTIONE.

CONjunctio est dictio invariata, orationes conjungens: vt, et, atq;, aut, vel, si, nisi, etsi, tametsi, quum, quàm, quamuis, tamen, vt, quò, ne, quòd pro quia, &c.

FINIS.

STVDI-

STVDIORVM PVERILIVM clavis pars secunda, Elementa Syntaxeos complectens.

CONVENIENTIA DICTIONVM *Variaturum.* CAP. 1.

VERBVM convenit cum Nominativo in duobus: Numero & persona: vt, ego lego, tu legis? Præceptor docet. In Verbis primæ & secundæ personæ, Nominativus sæpè subauditur: si vales, bene est, valeo.

Adjectivum consentit cum substantivo, in tribus: In genere, numero & casu: vt vir bonus: mulier casta.

Relativum convenit cum antecedente in duobus: genere, & numero: vir sapit qui pauca loquitur.

Interrogativum & Responsivum conveniunt in vno, nempe casu: Cui debemus omnia? Deo: Quis nos redemit? Christus.

Partitivum consentit cum Genitivo Plurali in vnico: vt. In genere: Primus Romanorum: fortissimus Græcorum: vnaquæque fœminarum.

Convenientia Dictionum invariabilium. CAP. 2.

HÆC Adverbia adduntur Verbis, quæ quietem significant: scilicet, hic, illic, istic, intus, foris, &c. Sedet intus.

Hæc Adverbia adduntur Verbis motus: huc, illuc, istuc, intrò, foras, &c. Eamus nunc intrò: Exi foras.

Ne, Adverbium prohibendi, jungitur Imperativo, aut Subjunctivo: ne timeto: vel, ne timeas.

Conjunctiones, et, atque, aut, vel, connectunt eosdem casus & modos: pius & probus: scribit & legit.

Vt, quò, licet, ne, adhærent Subjunctivo: oro vt redeas.

Regimen

Regimen Nominum. CAP. 3.

VNVM Substantivum regit aliud in Genitivo: vt, vncia auri: par calceamentorum: hemina vini. Sextarius Zythi. At si Substantiva illa idem sint, ponuntur in eodem casu: Deus Pater: Christus Iesus, Dominus noster: Paulus Apostolus.

Adjectivum significans commodum, aut incommodum, voluptatem aut dolorem, regit Dativum: vtilis bello: pernitiosus Reipublicæ: gratus Deo: molestus amicis.

Adjectivum significans copiam aut inopiam, regit Genitivum, aut Ablativum: Plenus rimarum vel rimis.

Dignus, indignus, vacuus, orbus, contentus, & præditus, regunt Ablativum: dignus laude: indignus odio: orbus patre: contentus parvo: præditus virtute.

Comparativus gradus regit Ablativum: Candidior nive. Exponitur per quàm: Rarior Phœnice, id est, rarior quàm Phœnix.

Superlativus regit Genitivum pluralem: fortissimus Troianorum. Exponitur per inter, de, e, vel ex: Minimus fratrum, id est, minimus inter fratres, vel è fratribus.

Regimen Verborum Personalium. CAP. 4.

INITVS Modus habet ante se Nominativum: vt natus meus amat. At Infinitivus habet ante se Accusativum: Rumor est natum meum amare: aiunt Regem adventare: Finitus Modus est quilibet præter Infinitivum.

Verba Substantiva & Vocativa ijsque similia habent post se Nominativum: Deus est justus: vocor Petrus: habeor dives. Nam qui casus præcedit, idem sequetur: Deus est justus: credo Deum esse justum.

Est

Est pro pertinere, regit Genitivum: vt, quicquid habemus est Dei: id est, pertinet ad Deum.

Est pro habere, regit Dativum: non est mihi nummus: vel, non habeo nummum.

Est pro afferre, regit duos Dativos: est mihi voluptati: id est, affert mihi voluptatem.

Verbum Activum regit Accusativum: vt, cole Deum: ama parentes: numeras arenam, osculatur matrem.

At vtor, abutor, fruor, fungor, vescor, careo, ablativum exigunt: vtere divitijs: ne abutare Dei donis, vescitur herbis: morte carent animæ.

Verbum quod commodum vel incommodū, voluptatem vel dolorem significat, regit Dativum: nec sibi, nec alijs prodest: laudi tuæ faveo.

Pretium ponitur in Ablativo: emi librum duobus aureis: Demosthenes docuit talento.

At tanti, quanti, pluris, minoris ponuntur in Genitivo. E. quanti emisti librum? non vendo pluris quam alij, fortasse minoris: Minoris æstimantur probitas quàm pecunia.

Verba Passiva regunt Ablativum, intercedente præpositione a, vel ab. amor a Deo.

Verbum aliud ab alio regitur, in Infinitivo: Gaudeo te valere.

De Gerundijs, Supinis & Participijs. CAP. 5.

GErundia, Supina & Participia, regunt post se casus suorum Verborum: Causa discendi literas huc veni: Legendo libros doctus evades: eo visitatum Parentes: amans Deum.

Gerundia in di, pendent à Substantivis: tempus resipiscendi. Item ab Adjectivis: cupidus discendi.

Gerundia in do, pendent à Præpositionibus, a, ab, in, ex, de, cum

deterres me à discendo. Interdum absolute ponuntur: scribendo discès scribere.

Gerundia in dum, pendent à Præpositionibus, ad, inter, ante: Ne præceps sis ad loquendum: Inter cœnandum hilaris esto.

Interdum absolute ponuntur cum verbo Est: vtendum est ætate: Serviendum est dignitati.

Supinum in um, ponitur post verbum motus: abijt piscatum.

Supinum in u, ponitur post nomen: vt, turpe dictu: Indignum auditu: nefas dictu.

Regimen Verborum Impersonalium. CAP. 6.

VERBVM Impersonale nullum ante se casum habet: pœnitet me peccati.

Accidit, contingit, evenit, conducit, expedit, lubet, libet, licet, placet, displicet, vacat, regunt post se Dativum: conducit Reip. peccare licet nemini: non vacat mihi scribere.

Iuvat, delectat, decet, oportet, regunt Accusativum cum Infinitivo: delectat te vagari: non decet te rixari.

Pœnitet, piget, tædet, miseret, pudet, regunt Accusativum eum Genitivo: piget me vitæ: miseret me tui.

Sequuntur verum & actionum circumstantiæ, Instrumentum, modus, locus, tempus, &c.

CAP. 7.

INstrumentum & modus ponuntur in Ablativo, sine Præpositione: Instrumentum: vt, scribo, calamo: stricto gladio me adortus est. Modus: vt, submissa voce cantat: alta voce loquitur.

Cognoscitur modus, quia respondetur ad quomodo.

Oppidi

Oppidi nomen ponitur in Genitivo, cum quæstio est per vbi: vt, Vbi studes? Deidoni.

Excipe, si nomen oppidi sit tertiæ Declinationis, aut Pluralis numeri: tum enim ponitur in Dativo vel Ablativo: habitat Andreapoli: militat Carthagine vel Carthagini: natus est Parisijs, Athenis.

Hæc Appellativa, Domi, humi, militiæ, belli ponuntur etiam in Genitivo, cum quæstio est per vbi: Lacet humi, potat domi. At degit rure vel ruri in Dativo vel Ablativo.

Nomen oppidi ponitur in Accusativo, cum quæritur per quò: cum appellativis Rus & domum. Defers noctuam Athenas: profectus est Andreapolin: abijt rus: contulit se domum.

Oppidi nomen, cum quæritur vnde, ponitur in Ablativo, cum Rure & domo: Veni Roma, Parisijs, Deidono, Rure, domo, exilio.

Tempus ponitur in Ablativo, cum quæstio est per quando: Quando venisti? hora tertia: hesterna nocte.

Cum quæstio est per quandiu, ponitur in Accusativo, vel Ablativo: Quandiu studuisti? duas horas, vel duabus.

Regimen Dictionum invariatarum. CAP. 8.

ADverbia en, & ecce, regunt Nominativum vel Accusativum: Ecce tibi nuntius: ecce miserum hominem.

O & heus Vocativum: ô formose puer: heus Syre.

Derivata regunt casum primorum: omnium elegantissimè loquitur.

Adverbia temporis regunt Genitivum: Pridiè illius diei: Dicimus etiam Pridiè Calendas:

Adverbia loci & quantitatis itidem regunt Genitivum: Nusquam gentium est: multùm eloquentiæ: Satis verborum

Regimen

Regimen Præpositionum. CAP. 9.

PRæpositiones quæ regunt Accusativum, sunt vna & triginta: Ad, apud, ante, adversus vel adversum, cis citra, circa vel circum, circiter, inter, contra, erga, extra, infra, intra, iuxta, ob, ponè, prope, propter, per, præter, post, penes, secus, secundùm, trans, vltra, vsque, versus: vt ad patrem: apud Deum: ante cædes: adversus vel adversum hostes: cis Rhenum: citra necessitatem: circa vel circum forum: circiter horam decimam: inter fratres: contra inimicos: erga amicos: extra terminos: infra tectum: intra privatos parietes: iuxta macellum: ob quæstum: pone Tribunal: prope Galliam: propter virtutem: per agros: præter morem & consuetudinem: post tergum: penes arbitros: secus viam: secundum Regem: supra cœlum: trans montem: vltra Indos: Oceanum vsque Italiam versus.

Præpositiones quæ regunt Ablativum sunt sedecim; A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, procul, tenus: vt à patre: ab hoste: absquovis homine: absque causa: cum exercitu: coram testibus: clam patres: de lana Caprina: è foro: ex ædibus: pro clientibus: præstantiore: palam omnibus: sine labore: procul dubio: mento tenus:

Quatuor Præpositiones Accusativum vel Ablativum regunt: In, sub, super, & subter, regunt Accusativum, dum est motus: Eo in Scholam: sub vmbram.

At Ablativum, dum est quies: Sum in Templo: in Schola, sub vmbra.

De Resolutione. CAP. 10.

IN Resolutione seu expositione hunc ordinem sequitor.

1. Sume Vocativum, si sit: vt, In te Iocavi spem meam, rerum creator optime: sic ordina: optime creator rerum, ego Iocavi, &c.

2. Verbum Impersonale si adsit, vt esse oportet, vt viras, non vivere vt ædas: ordo estò: oportet esse vt vivas.

3. Nominativum cum Verbo, vt, intolerabilis fit malitia, cum laudatur: Sic retexe, malitia fit intolerabilis.

Porro cape dictionem regentem ante dictionem à tergo rectam: vt trium literarum homo: Sic ordina: homo trium literarum.

Quod autem subintelligitur, suppleto: tecum habita: Sic tu habita tecum.

FINIS.

AD

AD LECTOREM.

HAEC paucula ex Poëticis huc traduxi, vt cum scirem expedire, vt tenera ætas ab ipsis studiorum incunabulis in paraphrasi Psalmorum poëtica D. Buchanani, dq; genius alijs exerceatur, versus nosse, & dimetiri maturè inciperet. Cum enim Poësis ad teneri oris balbutiem expugnandam ac fingendam, tesle Poëta, vsque adeò sit oportuna: Num conuenit, vt adminiculum poësi discendæ tam necessarium in extremum fabulæ actum reijciamus? Aut pueros tam accommodato ad studia sua præsidio tanto tempore destitui patiamur. Esto tamen per me in arbitrio docentium, vt vel ista teneris suis prælegant, vel impræsens negligant.

Vale in Christo.

PVERILIVM STVDIORVM Clavis pars tertia, Elementa Poeticæ continens.

DE SYLLABIS. CAP. 1.

POETICA, est ars versus fingendi.
Versus sit ex pedibus: Pedes ex Syllabis.
Syllabæ aliæ sunt longæ, aliæ breves, aliæ ancipites.
Brevis unum habet tempus, sic notatur ◡.
Longa habet duo tempora, sic –
Anceps modo est longa, modo brevis.
Diphthongus est longa: vt, ætas.
Vocalis ante duas Consonantes vel duplicem est longa vt, tempus, ānnus, pāx.
Vocalis ante vocalem, est brevis: vt Deus.
Eadem est syllabæ quantitas in simplici & composito: vt, Lego, perlego, colligo.
Eadem est syllabæ quantitas in primo & derivato: vt, aro, aratrum. Hæc de syllabis.

De Pedibus. CAP. 2.

EX Syllabis fiunt pedes. Pedes sunt dissyllabi: trissyllabi, aut tetrasyllabi.

Dissyllabi

Dissyllabi Spondeus, Pyrrichius, Iambus, & Trochæus.

Spondeus ex duabus longis – – pennæ.

Pyrrichius ex duabus brevibus ∪ ∪ Deus.

Iambus ex brevi & longa ∪ – Doce.

Trochæus vel Choreus ex longa, & brevi – ∪ Dice.

Trissyllabi sunt Dactylus, Anapæstus, Tribrachys, &c.

Dactylus ex longâ & duabus brevibus – ∪ ∪ carmina.

Anapæstus ex duabus brevibus & longa, ∪ ∪ – pueri.

Tribrachus ex tribus brevibus ∪ ∪ ∪ Legite.

Tetrasyllabi sunt, Choriambus, Proceleusmaticus.

Choriambus ex Choræo & Iambo – ∪ ∪ – Præsidium.

Proceleusmaticus ex quatuor brevibus, ∪ ∪ ∪ ∪, ariete.

De Versibus. Cap. 3.

EX Pedibus fiunt versus. Versus sunt, Hexameter, Pentameter, Sapphicus, Iambicus, Choriambicus, &c.

Hexameter seu Heroicus fit ex sex pedibus: quorum quintus est Dactylus, sextus Spondæus: Primi quatuor, Dactyli, vel Spondæi soli, vel Misti: vt, Aspiciunt oculis superi mortalia justis. Sic metire: Aspici – ∪ ∪ unt ocu – ∪ ∪ lis supe – ∪ ∪ ri mor – – talia – ∪ ∪ justis – –

In quinto loco, nonnunquam est Spondæus, viz. in lugubri aut gravi argumento.

Pentameter ex quinq; pedibus, quorum tertius est Spondæus, quartus & quintus Anapæstus: duo primi Dactyli vel Spondæi, vel Soli, vel Misti. vt

Omnibus invideas, livide, nemo tibi, sic omni - ∪ ∪ ∪ ∪ | - - | ∪ ∪ - | ∪ ∪ - vel per Cæsuram sic - ∪ ∪ | - ∪ ∪ | - | - ∪ ∪ - ∪ ∪ | - |

Ex Hexametro & Pentametro fit elegiacus versus: vt.

Dum procul à Patria mæsti Babilonis in oris, Fluminis ad liquidas fortè sedemus aquas.

Sapphicus ex Choreo, Spondæo, Dactylo, & duobus Choreis: vt,

O salus rerum lachrymis precantum, metire sic. - ∪ | - - - ∪ ∪ | - ∪ | - ∪ |

Tribus autem Sapphicis subjicitur Adonius versus. Fit is ex Dactylo & Spondæo: vt, Ablue sordes: Sic - ∪ ∪ | - - |

Iambicus in locis paribus, constat Iambo, vel Tribracho. In imparibus Iambo, Tribracho, Dactylo, Spondæo, vel Anapesto. Loci pares sunt: secundus, quartus, sextus, octavus. Impares sunt, primus, tertius, quintus, septimus.

Iambicus est dimeter aut trimeter. Iambicus dimeter constat quatuor pedibus: vt regnator orbis adspice: sic - - ∪ - ∪ - | ∪ - |

Iambicus trimeter fit ex sex pedibus: vt,

Tu me periclis libera, tu protege sic - - | ∪ - | - ∪ - - | ∪ -

Choriambicus est trimeter, aut tetrameter.

Trimeter ex Spondeo, Choriambo, & Pyrrichio: vt

Tu me dux bonus eripe: sic - - - ∪ ∪ - ∪ ∪

Tetrameter ex Spondæo: duobus Choriambis & Pyrrichio: vt,

Tu noster clypeus rebus in asperis. sic - - | - ∪ - | ∪ ∪ - ∪ ∪.

Phallenceus ex spondeo dactylo et choreis vt passer deliciæ meæ ille sic - - | - ∪ ∪ | - ∪ | - ∪ | - ∪

5. Priui

3. *Privilegia Versuum.* CAP. 4.

1. VLtima Syllaba cujusque versus est anceps.

2. Mcum sua vocali à fine dictionis aufertur, cum dictio sequens, incipit à Vocali: vt,

Virtutem primam esse puta ce re pescere linguam.

Sic: Virtu - - tum pri - - m' esse pu - ∪ ∪ &c.

3. Vocalis à fine dictionis aufertur, cum dictio sequens incipit à Vocali: vt,

Fœlix ille animi, quem non de tramite recto. Sic: Fœlix — ill' ani - ∪ ∪ mi quem - - & c.

4. Duæ Syllabæ contrahuntur in vnam, dicitur Synereſis, contractio: vt, prendere pro prehendere.

5. Vna syllaba divellitur in duas, estque diereſis: vt aulai pro aulæ.

FINIS.